N 194 Mscr. J: M: ~~J~~ J:

Pro festo Sti Laurentij Martyris [illegible] 1662

Thema Ex Evang:

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si a. mortuum fuerit, multum fructum affert

Joannis cap: 12 V 24.

In libro sacrae Script: Judicum cap: 7 V. 2do legitur, quomodo fortissimus quondam Militiae magnus Dux Gedeon, dum voluit cum suis militibus progredi contra Madianitas, artificiose probavit suos milites an sint apti ad gerendum bellum, et victoriam reportandam instituit. Praecepit Gedeon quendam praeconem, qui post sonum Buccinae inclamavit toti exercitui, qui fuit compositus ex ~~Viginti~~ et viginti duobus millibus: Qui formidolosus et timidus est, revertatur, multi reversi sunt, ita ut manserint nisi decem millia, cum his Gedeon plenus animo progressus est contra hostem, nec hoc factum est: ita sonat vox Domini de caelo Gedeoni: Volo ut iterum experiaris quales secundum eorum milites, an inter illos adhuc sint formidolosi et timidi; atque hos debuit probare per aquas, qui siti ardentes biberunt ~~stando~~ stando aquam, et non iacendo per modum lambendi, electi sunt ad pugnam et victoriam reportandam, ut illis promisit Deus: ~~liberabo vos~~ In his liberabo vos, et tradam in manu ~~[illegible]~~ Madiam.

Hoc modo probavit Imperator caelestis Christus JESUS suos milites sub vexillo ~~Crucis~~ Crucis ad pugnandum contra suos inimicos visibiles et invisibiles, et ad Victoriam obtinendam, alios probavit per aquas Baptismatis, illos nimirum, quibus dedit gratiam veniendi ad S: Sacramentum Baptismi, hos nimirum destinavit, ut non currant, nec timeant tribulationes huius mundi, sed ut fortes, quasi gigantes vincant suas tentationes, ut ait Origenes homilia 9

in libro Judicum: Qui descendunt ad aquam Baptismi, non debent procumbere in terram, nec frangi tribulationibus, sed debent fortiter stare, pugnare, et vincere Madianitas crudeles, hos atrocissimos hostes, mundum, carnem, et diabolum.

Alios vero probat etiam Imperator noster caelestis Deus JESUS non solum per aquam, sed etiam simul per ignem amoris Charitatis, ... Elementi, qui sunt fortissimi, et gloriosissimi Martyres, ... pura Charitate pro Deo, et ... prostituunt suam vitam. Inter quos unus nobis apparet Sanctus Laurentius, qui quidem toto corpore ligatus ferreis catenis à crudelissimo tyranno Decio prostratus iacuit in ferrea craticula supra prunas, et carbones, mens vero eius tam die elevata fuit et erecta in coelum, donec fortissime omnia tyranni insidias, carceres, verbera, vincula, ipse igne ... ardente fregerit et superaverit. In hoc numine liberavit ipsum Deus omnipotens ... ac potestati eius tradidit suos nequissimos ... Madianitas carnem, mundum, et diabolum.

Etiam in antiquo Testamento probavit suos Deus ... per ignem, et unum Patriarcham scilicet Abraham, cui Deus de caelo ... imposuit praeceptum Abraham tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, et vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi Genesis cap. 22 N. 2. quamvis ... amaverit Abraham suum filium Isaac, tanquam ut ait Aristoteles ... aliquid sui, attamen sine mora fuit paratus ad explendum ... Dei mandatum, processit subito cum filio suo ad montem pro holocausto ... Deo ... ad ... occidendi et comburendi filium suum in holocaustum, quare cum Abraham Deo ita devotus fuit, ... Deus ... ob benedictionem dicens per unum Angelum: quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi ... dicato N. 16. et 17.

Longe aliter, et perfectius parebunt in novo testamento Xpus Redemptor
noster suus fidelissimus servus S. Laurentius, qui non alium quam
suum famulum, et dilectum obtulit in holocaustum, sed seipsum, proprium
nimirum suum corpus, suam vitam, et suum sanguinem. In hoc nimirum, quod ex
Charitate Xpi sui Celestis generalis sub vexillo Xti nulla tribulatio
nulla angustia, vel nuditas potuerit eum separare à Deo, quod cum
tyrannus magis, ac magis angeret illi dolores ac ignis quasi furia
daemoniaca accensus S. Laurentium saepe saepius et reiteratis vicibus,
scorpionibus, virgis caedi iusserit, ita ut ex omni parte sanguinolentus
fluxerit ex corpore flumine, nec hoc suffecit rabido tyranno, plumbeis
instrumentis eius illi ossa confregit, dicens: Sacrifica Diis
hominis, nos ipse in te expendet supplicijs, saevis in casu
egit carnifex, nullo doloris, et tormenti genere potuit constantissimi
S. Laurentij frangere animum, ~~[illegible]~~ ultimo tandem ferreis vinculis
alligatum ad craticula assavit usque ad mortem, ante quam sic se
combleatus est S. Laurentius Jam video, iam sentio, quod diu
desideravi, assatum est, versa et manduca, quibus dictis paulo post
sanctam animam manus Angelorum tradidit in caelestes mansiones
deportandam.

Adimpletum nimirum est in hoc hodierno Martyre dictum illud
Xpi, quod legimus apud Lucam cap: 12 v. 49 Ignem veni mittere
in terram, et quid volo, nisi ut accendatur, ignem nempe caelestis
Charitatis, et dilectionis qui sic, q talis, tamque potens est, ut extinguat
et deleat ignem Gehennae omnibus qui eum habent in cordibus suis.

Varijs nimirum modis imprimit signa Xpus JESUS suis fidelibus, et
strenuis militibus, ut eos discernat à timidis, et tepidis Xtianis, q non valent omnia ad strenue pugnandum contra mundum
alios sibi designat tum per sacramentum Baptismi, et fidem catholicam,
qui sunt omnes Xtiani catholice, et fideliter viventes, alios sibi elegit
et designavit per praedicationem verbi sui. Et hi fuere Xti Apostoli,

alios per castitatem, et hi sunt Virgines Xti, alios in forma, et specie
suae amarissimae passionis, et sanguinis effusionis, et hi sunt dilectissimi
et patientissimi Xti Martyres.

Sanctus Franciscus Seraphicus fuit signatus Xti servus, signis quinque
vulnerum Xti nostri Salvatoris cum ijs stelibus, in quibus ipse accepit vulnera
ut ex ijs possit ipse dignoscere tunc ii ea alia, quae Deus servus et
servum Xti vulnera amatorem
quod aliquid apud nos in amore est; si enim diligimus pullum, aut
agnellum dilectum solemus eum signare panno rubro, vel in collo, vel
in pedibus ut per id signum deveniamus in notitiam nostri dilecti prius
rei; sic etiam Xtus dilectissimus noster Salvator varie signavit suos,
~~Sanctum vero Laurentium~~ quos amavit, et fovit sub suo auxilio, ut
gallina fovet pullos, quos pavit suo sibi corpore, et sanguine, ut
fidelissimus pastor. Sanctum vero Laurentium signavit etiam
forma suae amarissimae passionis, in qua multum participavit de
vinculis, de verberibus, de captivitate, plurimum vero de effusione
sanguinis quem abunde in tormentis ~~effudit~~ effudit, omnium autem
manifestissimum signum huius sti Martyris e craticula, in qua obijt.

~~Laudat Stus~~

Laudat, et extollit Stus Pr. Gregorius homilia 24 in
Matthaeum Xti Dei Apostolos, quod coram populo Judaico, et
gentili steterint fortes, et invicti in sua fide, et amore erga Deum
instar immobilis rupis; quae pulsata fluctibus undique firma persistit
licet ut licet diversi veniant eandem fluctus, rupes tamen immobilis
permanet, sic etiam Xti Apli in persecutionibus tempestatum tyrannorum,
qui principia resisterent, concuti, et terribilissimis poenis, et
tormentis agi voluerunt.

Laudat, et exaltat Stus Pr. Ambrosius lib. de fide cap. 8 tres illos
Iuvenes, qui coniecti a Rege Nabuchodonosor in ardentem fornacem quia
illum Deum non adoravere, combusti sunt dicens de ijs, merito in ardenti fornace ~~fornace~~ non
sentiebant ignis incendia, quos charitatis flamma refrigerabat.

Laudat animum in modo S. Propheta Elias, quod eum Deus dig-
dignatus est hoc mundo rapere in aliam quandam partem, ubi defectu
minime, in Curru igneo, et ignei equis, cum de eo scripti dicent:
Ecce Currus igneus, et equi ignei diviserunt utrumque (Eliam
Eliam, et Eliseum) et ascendit Elias per turbinem in caelum
4 Reg. 2 v. 11.

Laudatur denique S. Petrus Apostolorum Princeps a S. Ambrosio, eo quod
cum vidit suum dilectissimum magistrum Christum Jesum quadam vice ambulantem
per aquas maris, non timuit profunditatem aquarum, sed audacter
per aquas cum eo processit etiam cum periculo submersionis, verba
laudis quae S. Ambrosius deposuit sunt haec: Non videbat Petrus, ubi
pedum vestigia poneret, videbat autem, ubi figeret vestigium Charitatis.

Verum et hos omnes fideles Christi et Dei famuli excellenter dignissime
attamen dicat, quod velit S. Chrysostomus de Constantia, et fortitudine
S. Apostolorum, extollo ego hodie unacum vobiscum hodiernum Christi Marty-
rem Laurentium, qui in persecutione Decii Imperatoris gravi sua
firmior, et constantior perstitit, quam rupes immobilis, non quidem inter
undarum fluctus, sed in ignium flammis, et ardoribus.

Dicat quod velit S. [illegible] Ambrosius de 3 pueris in ardente fornace
missis a Rege Nabuchodonosor eo quod coluerint unum Deum, qui eos
eripuit illaesos e flammis, Dicam ego hodie de S. Laurentio, quod eius
constantissimum animum in crate sua igne posita nullus alius etiam
refrigeraverunt, et confortaverunt usque ad finem; quia amor JESV Christi
quem habebat in suo corde S. Laurentius non sensit tantopere incendium flam-
ut mihi testatur S. Augustinus Ser. 430 de S. Laurentio: Hoc igitur [illegible] igne [illegible]
Laurentius accensus flammarum non sensit incendium: Et dedit Christum [illegible]
ardet desiderio persecutoris [illegible] poenam non sentit.

Dicat Sio quisque velit S: Script: de S: propheta Elia q. in translatus sit versus cælum in curru igneo, extollo et magnifico eq. una ...
S. S. ... hodiernum S: Martyrem, q. is n in magnifica quadam in curru, ... sed in summa patientia, in summa ... in Craticula translatus sit ad Regnum cælorum.
Dicat quisque velit ... et extollat ... Petrum quod is per aquas transiens cum periculo vitæ pertigerit ad Dominum suum Magistrum ... Laurentius e Gloria, et Honore dignus q. is n per ... aquam sed per calidissimum, et ardentissimum ignem attigerit ad Deum suum cum periculo vitæ quam perdidit.
Ex hoc omnino apparet veritas S:ti hodierni Evangelii q. dicit:
"Nisi granum frumenti etc. quod licet ... Xsto intelligantur de semine et grano ... q. in terra de cælo decidit, mortuus ... fructum multum Redemptionis ... attamen ... etiam bene intelligenda sunt de S. Laurentio ... q. etiam cadens in terra mortuus e in martyrio ... Deum et fidem, atq. millenum fructum attulit, ijs quibus per sua miraculosa opera ... in mundo, et ... intercessionem ... apud Deum in Regno Cælorum.
Conclud... cum Sacra Script: Judicum cap: 13 V 20. ubi legitur q. 2 Coniugibus alijs sterilibus Nomine Manue, et ... eius apparuit ... Dei permissione Angelus, et ijs ... q. ... filium, quem nominabunt Sampson, factum est ita, ... filium, quem nominarunt Sanson, ... filio ... grati animi ... de grege ... combusserunt, et deo pro hac gratia Victimam combusserunt, sed ecce res mira contigit, dum recte in combustione Victimæ flammam ascendaverunt, Angelus Dei pariter in flamma ignis evanuit. ... ascenderet flamma altaris in cælum, Angelus Dni pariter in flamma ascendit.

Et subdit scriptura loco citato N 20 quum vidissent Manue, et 4
uxor eius, proni ceciderunt in terram
Per visionem istam, quam habuit Manues cum uxore sua, volumus
nos hodie subintelligere Sanctum Stephanum per suum martyr.
Quamvis S. Augustinus intelligat per ardentem Angel.
et cadentem quendam partum nostri salvatoris, qui de caelo
descendit, et nobis omnibus attulit bonum nuncium nostrae Redemptionis
postea tandem iterum in ardore, et flammis suae infinitae misericordiae
in caelum ascendit, et nobis aperuit portas paradisi aeterni;
Non obstante hac veritate volumus nos hodie per talem
Angeli visionem, et per flammas in caelum ortum intelligere Sanctum
Martyrem Laurentium, qui cuius sancta anima, cum illae flammae
ignis superaverunt, unacum cum suis ardentibus flammis è corpore
in caelum avolavit, hoc quod cum hodie confirmemus cum nostra
recollectione instar Manue, et uxoris eius proni cadamus in
terram, et vota nostra, preces, etc. honori S. Laurentii offeramus,
ut ipse, sicut solus fuit in tribulatione patiens, in persecutione
parens, in omnibus suis actionibus perseverans in charitate ga
Deo, et ideo elevatus in caelum, ut impetret ipse apud Deum.
nobis impetret gratiam, qua poterimus perferre tribulationes
servare nostri inimicis, perstare usque ad finem in charitate
Dei, et proximi, cum tandem publicis intercessione perveni
ad aeternum caelestis paradisi thalamum, ad quod nos perducat Deus
Pater, et filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH